# ELEGÍA IX

## ELEGIA IX

Scis iter ex animo sublatum triste puellae?
Natali Romae iam licet esse tuo.
Omnibus ille dies nobis natalis agatur.
Qui necopinanti nunc tibi forte venit.

## ELEGÍA IX

¿Sabes que renunció tu niña al viaje?
Yo quiero en tu natal estar en Roma.
Sea fiesta de todos este día
Que á ti te llega sin pensarlo ahora.

# ELEGÍA X

## ELEGIA X

Gratum est, securus multum quod iam tibi de me
permittis, subito ne male inepta cadam.
Sit tibi cura togae potior pressumque quasillo
scortum quam Servi filia Sulpicia.
Solliciti sunt pro nobis, quibus illa dolori est,
ne cedam ignoto maxima causa toro.

## ELEGÍA X

Es grato que me tengas tal confianza
Y que inepta no caiga en algo malo.
Mas si en vez de Sulpicia tú prefieres
Á una esclava de toga y de canasto,
Los que sufren por ella están inquietos
De que vaya á caer en otro tálamo.

# ELEGÍA XI

## ELEGIA XI

Estne tibi, Cerinthe, tuae pia cura puellae,
quod mea nunc vexat corpora fessa calor?
A, ego non aliter tristes evincere morbos
optarim, quam te si quoque velle putem.
At mihi quid prosit morbos evincere, si tu
nostra potes lento pectore ferre mala?

## ELEGÍA XI

Cerinto, de tu amada no te curas
Cuando el cuerpo la fiebre le atormenta.
¡Ay! yo mis males dominar deseara
Si tú como yo misma lo quisieras;
Mas ¿qué me importa dominar mis males
Si tan sereno tú los sobrellevas?

# ELEGÍA XII

## ELEGIA XII

Ne tibi sim, mea lux, aeque iam fervida cura,
ac videor paucos ante fuisse dies,
si quicquam tota commisi stulta iuventa,
cuius me fatear paenituisse magis,
hesterna quam te solum quod nocte reliqui
ardorem cupiens dissimulare meum.

## ELEGÍA XII

Luz mía, igual amor ya no me tengas
Al que hace poco tiempo me tenías,
Que si en mi loca juventud hice algo
Que más me avergonzara ante mí misma,
Fué en la noche de ayer dejarte solo
Cuando mi ardor disimular quería.

# ELEGÍA XIII

BIBLIOTECA PÚBLICA DE NUEVO LEÓN, MONTERREY